

Item in monasterio sancte Helene iuxta castella ipsa sancta requiescit helena tota in quadam capella que crucem dominicā Hierosolymis legitimamente inuenisse. Ibi etiam duplex crux conservatur in quarū altera frustum quoddam ipsius vniuersitati ligni. In altera vero Constantini magni ipsius sancte Helene filii pollex ac sancte marie Magdalene os quoddam de pectorē continetur.

Item in monasterio sancti Nicolai de elio dicitur est una de sex idris quarū aquas dominus in euangelio legitur cōvertisse in rīnum. Ibi etiam est baculus pastoralis sancti ipsius pontificis Nicolai quo dum viueret in presulatu suo vtebatur. Dulce ibidem alie reliquie reseruantur quas omnes enumerare nō est necesse.

Item aliud quoddam monasteriū est in venetijs quod acrisechirij appellatur in quo corpus sancte Barbarae requiescit in quadam capella marmoreo quodā sarcophago nunc studiose reconditū quod prius in quodā altari in ecclesia reseruabatur. In alio quodā altari est os quoddam magnū sancti Christofori.

Item in alia quadam ecclesia venetijs que ad sanctā Marinā vocatur sancta ipsa Maria tota in quodā requiescit altari de qua mira in vita patrū leguntur.

Item in alia quadam ecclesia sancte Lucie venerabile corpus eiusdem sacre virginis ac martyris Lucie requiescit adeo integrum et illesum ut mānūlē eius videri et recognosci proprie valeant et distinete.

Item in ecclesia sancti Zacharie venetijs corpus ipsius venerandi sacerdotis patris sancti Johannis baptiste iacet humānum. Atq; cum eo duorum quorundam corpora sanctorū quorum nomina sunt in libro vite.

Ibi etiam preforibus ecclesie eiusdem est sepulcrum domini instar eius quod est hierosolymis formatum.

Item venetijs in ecclesia parochiali ubi et patriarcha residere cōsuevit multe sunt reliquiae preciosae et indulgentie maxime a pena et culpa presertim singulis per quadragesimam dominicis diebus.

Item ad sanctum Marcum eiusdem evangeliste corpus venerandū requiescit. Estq; ibidem thesaurus venetorū in testudine quadam summa cum diligentia reclusus.

Item duodecim corone. 7. xij. pectora de auro. margaritis. saphiro. atq; smaragdis 7c.

Item sex magne et preciosae valde crucis de auro.

Item pileus ducis quo quilibet dux venetorū singulari privilegio siue prerogativa coronatur et est precij inestimabilis.

Item duo candelabra aurea et magna decem lapides preciosos habentia.

Item cornu vni cuiusdam vnicornis et alias multa et varia preciosa ornamenta opes infinitae de quib; nō est presentis temporis per singula disserere.

Item prope venetas ciuitatis quedam est Duranū nuncupata ubi vitra fiunt. Ibi in ecclesia parochiali in duobus altarib; multa iacent corpora sanctorū innocentium.

Item ultra memorata ciuitatem aliud est quoddam oppidum dorzellan appellatum ubi in quadam ecclesia corpus sancte Christine virginis et martyris fertur conservari quod multo prius tempore in castro bulseno nō longe a viterbio quicuit ubi et ipsa martyrum suscepit.

#### De reliquijs in Padua.

Oro cum antiqua et insignis vrbs Paduana magna et populosa modico a venetijs distet interuallo si quempia peregrinorū illucusq; pia traxerit curiositas inueniet que animū suum possint oblectare etiam reliquias preciosas. Nam sub rīnius spacio noctis de venetijs illucusq; nauigio venitur.

In primis padue in cōuentu fratrum minorū sanctus requiescit Antonius eiusdem religionis quondam professor et observator precipuus qui magnis dietim miraculis claret.

Item ibidem in monasterio sancte Justine virginis corpus venerandū sancti requiescit apostoli Mathie excepto capite quod in Treueri seruatur in monasterio insigni ab eodem sancto Mathia nomine et gloriā habente apud germanos singularem.

Item in quodam altari eiusdem ecclesie corpus sancti euangeliste Luce requiescit. Et ibidem in alio quodam altari corp<sup>o</sup> est reconditum eiusdem sancte virginis Justine. in cuius honore etiam ipsa ecclesia est consecrata. Item corpus sancti prosodaci epi. Item corpus sancti maximili episcopi. corpus quoque sancte virginis Felicitatis. Item multa corpora sanctorum innocentium. Item in eo altari in quo est corpus sancti Luce. tabula quedam ingens et preciosa superposita extat. In qua venerabilis illa imago gloriose virginis marie puerum Jesum habens in brachis: quam ipse sanctus dicitur depinxisse Lucas in honore magno habetur. Fertur etiam quicunque imaginem illam semel cum deuotione recordis cōpunctione insperat. nunquaque a visione faciei sue dulcissime. eius interuentus separabitur in eum. Nemo tamen fruile aut temere se huic cōmittat incerte narratio- ni. audita enim quae credita narro potius.

Item in eadem ecclesia est corpus sancti Urini qui dicta sanctorum matthie et luce corpora in prefatum monasterium deportauit. Tunc idem sanctus dicta corpora delocis suis accepta per mare venetias transferret. rogatus a collega suo. sancto quodam viro. qui sibi adiutorio in huiusmodi fuerat corporum translatione. quatenus ei aliquā tanto de thesauro particulā conferret. caput sancti Matthie. preciosum vniq<sup>e</sup> munus. partibus germanicis tradidit uiuehendū. reliquam ipse Hazam in loco reposuit memorato. merito proinde multa habendus veneratione apud paduanos atque deuotione. quae tantis eos opibus locupletari.

**S**equitur oratio cōmendatīcia ciuitatis et domi- nationis venetiarum.

Ulm antiquissima clarissima et florentissima ciuitas venetiarum. sancte huic peregrinationis perinde atque terminus a quo pergentibus per mare extet et principiū. atque hic sub aspectum cōsequenter effigietur. haud ab re fuisse faber immo cōdecens que decorū eius hoc loco amplissimas laudes. atque singularē preter et supra ceteras ciuitates preminentia et prestantia decusq<sup>e</sup> maximū. tum in potentatus magnitudine. tum in eiusdem optima administratione stilo paulo venustiori et accuratori designauisse. Ulerū id hac ponissimum ratione haud sum ratus necessarium. missumq<sup>e</sup> feci. quod et dicendorum copia maxima est. meis nō equa sed grauiuscula viribus et humeris. nec omni atque scientie mibi sans. quod eiusve urbis immortalis et immensa fama et gloria per se totū notissima extat yrbī. nec quēc p<sup>r</sup> sue claritudinis luce et cumulo fugere potest. Ut tñ pollicito a principio ordinis morigerus sim. et saltē paucis cam riederi videar cōmendatuisse. suapte quae cōmendatissimā (nam velle mihi adiacet et si perficere sit. p<sup>r</sup>cul) ab eius venustate exordium sumā. hinc ad alia que occurret descensus. Sane ut veteres tradunt historie. Anno ante Rhomanam urbem cōditam. cccc. xxvii. Ante vero christi saluatoris nostri nativitatē. Dclxxvii. nō lōge videlicet post Troyanum decennale bellum famosissimum. troyeq<sup>e</sup> excidium. Euolutis iam a mundū exordio. Annis circiter bis milenis septingentis octoginta. hec insignis et summis efferenda laudibus ciuitas. a troyanorū reliquijs. et nequaquam a pastoribus ut rhoma nō et in hodiernā usq<sup>e</sup> tempestate nobilium industriorū et clarorum semper est ferat yro. primum fuit extorta in adriatici maris sinu. ubi hodie gloriosa cōsistit urbs antiqua. iamq<sup>e</sup> multos dominata per annos. Dives opum. armis potens. studijs sat aspera belli. Necq<sup>e</sup> tñ infiaiseo quae ipsa cōplures post annos a sua prima cōditione emensos. cū iā incarnati verbi annus curreret sez quasi quadringentesim⁹ sexagesimus. ciuitas ipsa venetiarum a potentioribus. ac diuoribus priuinciarū aduenis. illuc ob seūissimā Atule tyranni (qui et dei se flagellū recte equidē cognominavit) persecutionē cōfugientib<sup>o</sup>. ob loci inex pugnabile munitiōne. ampliata quidē fuit. et ex parua maior effecta. quod eo quo dictum est tempore. humili satis initio fuerat fundata. Et pfecto dictu mirabile est. creditusq<sup>e</sup> penitē difficile. atque summo preconio dignū potuisse a tot tamq<sup>e</sup> diversis yrbium et oppidorū populis cōditam ciuitatē. sub nō paucorū discursu annoz. cum tali recipiē incremento. ac glorie splendore. vnamq<sup>e</sup> ciuitū sagacitate et cōcordia cōseruari. sic exangeri. sic exornari deniq<sup>e</sup> yrbē. quae ex parvulis pescatorū tugurijs et mansuiculis